

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2261

Autre(s) référence(s) : Round 135

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Henri de Sully, Fécamp, La Trinité (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1158]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Henri II de la donation faite à son cousin Henri de Sully, abbé de Fécamp, et à l'église de Fécamp par Guillaume, roi d'Angleterre, des terres de Staninges et de Bereministra.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XI^e au XVIII^e siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XVII.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LVIII, t. 1, p. 159-160.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 135.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis francis et anglis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse, pro salute anime mee et predecessorum meorum, Henrico, abbat Fiscannensi, cognato meo, et ecclesie Fiscannensi omnes terras suas Anglie quas rex Willelmus, predecessor meus, eidem ecclesie concessit et sigilli sui impressione confirmavit, terram scilicet de Staninges et terram de Bereministra cum omnibus omnino appenditiis terrarum, cum omnibus consuetudinibus et libertatibus et quitanciis sicut carta regis Willelmi testatur et confirmat. Quare volo et firmiter precipio quod predictus Henricus abbas, cognatus meus, et ecclesia Fiscannensis predictas terras teneant bene et in pace, libere, quiete et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quitanciis, placitis et querelis et causis omnibus, absque omni subjectione et dominatione baronum vel principum et omnium aliorum, et absque omni inquietatione vel imminutione cuiuslibet secularis vel judicarie potestatis, sicuti res ad fiscum dominicum pertinentes. Et quia inspexi diligenter cartas regis Willelmi et aliorum predecessorum meorum, ego, non minus misericordia Dei

indigens, iterum precipio quod monachi Fiscannenses vel eorum homines non respondeant de aliquo tenemento suo vel aliqua alia re nisi coram me vel coram capitali justicia, sed habeant plenariam justiciam suam et omnes alias rectitudines suas de omnibus rebus que in terris suis vel in earum pertinenciis evenient. Testibus : Philippo, Baiocensi episcopo ; Hernulfo, Lexoviensi episcopo ; Ricardo, episcopo Londoniensi ; Willelmo fratre regis ; Thoma, cancellario ; Ricardo de Humetis, constabulario ; Guarino, filio Geroldi, camerario ; Mannasses Biset, dapifero ; Roberto de Novo Burgo ; Roberto de Dumnestanvilla ; Jocelino de Baillolio ; Nicolao de Stutewilla. Apud Westmonasterium.